 illam esse dixi; ac revera id quod vetere pro-
 verbio contritum, & aurea me æneis, centum
 bobus æstimata septenorum boum pretio
 permutasse? Sic pro domo mea Græciam na-
 ctus, lætitia gestiebam, cum nec agrum illic,
 nec hortum, neque domicilium possiderem.
 Atenim fortasse in tolerandis calamitatibus
 utcunque strenuus esse videor; adversus for-
 tunæ autem dona pusillo & angusto animo
 præditus? utpote qui pompæ illi ac splendori,
 in quo modo versor, Athenas idcirco præ-
 feram, quod & antiquum illud otium
 collaudem, & præ negotiorum multitudine
 præsens vitæ genus accussem. Sed vide
 num de nobis melius judicari aliquid oporteat;
 si non ad otium aut negotium respectus
 habeatur, sed ad vetus illud, *Nosce te-
 ipsum: &*

*Quam quisque novit artem, in ea se exer-
 ceat.*

Enimvero majus quiddam, quam pro hu-
 mano captu, mihi onus imperandi vide-
 tur tum Imperatori ipsi diviniore aliqua o-
 pus esse natura. Quod Plato dicebat: cu-
 jus auctoritati aliud Aristotelis, quod eo-
 dem pertinet, testimonium subjungam: non
 ut noctuas, quod aiunt, Athenas; sed ut il-
 lius mihi libros non omnino neglectui esse
 demonstrarem. Sic igitur in Politicis ille lo-
 quitur: *Si quis igitur optimum civitatibus
 esse decernat, regis dominatui subesse; quid
 tandem de ipsius liberis statuendum erit? An
 Et ejus posteris sceptrum deferenda sunt? Atqui
 si cujus;*

si cujusmodi tandem fuerint, asciscendi sunt, perniciosum id erit. At cum in potestatem suam regnum acceperit, non id filiis relinquet? At difficile est credere: arduum est enim, & majorem, quam pro hominis natura, virtutem requirit. Postea vero de eo rege verba faciens, qui ex lege imperat; cum ejusmodi esse definiisset, qui legum minister sit & custos; cum ne regem quidem appellasset ipsum, neque talem ad formam referendum putasset, ista subjecit: De absoluto vero regni dominatu, quam παμβασιλείαν vocant; tum est autem, cum rex ad voluntatem suam omnia moderatur; sunt qui negent id secundum naturam esse, ut unus civium omnium dominus existat. Etenim quorum similis est natura, idem iis justum sit oportet. Deinde paucis interjectis: Quisquis igitur, inquit, mentem imperare jubet, hic Deo legibusque solis dominatum adscribit; quisquis autem imperium mandat homini, etiam feram adjungit. Cupiditas enim ejusmodi est, & ira vel praestantissimos viros depravare solet. Propterea lex est mens appetitione vacua. Animadvertis, ut Philosophus hic humanæ naturæ diffidere, & eam condemnare videatur. Sic enim totidem verbis fere pronunciat: nullam ad tantum fortunæ splendorem sustinendum satis idoneam hominis esse naturam. Neque enim commune civium omnium bonum anteferre liberis facile esse putat homini; ac multis simili natura praeditis imperare justum esse non existimat. Denique omnibus superioribus colophonem imponens, legem definit mentem appetitione carentem; cui soli reipublicæ committenda sit administratio, quam virorum nemini tribuendâ judicat. Nam quæ in illis mens inest, etiam si ipsi sint boni, ira & cupiditate, immanissimis feris implicata detinetur. Hæc Aristotelis decreta nihil a Platonicis abhorre mihi videntur: primum quidem quod principem subjectis sibi præstare non animi

Α τὸ γένος δὲ βασιλεύειν; ἀλλὰ γιγνομένων ὁποῖοί τινες ἔτυχον, βλαβερὸν, ἀλλὰ ἔτι παραδώσει κύριος ἂν τέκνοις; ἀλλ' ἔτι ῥάδιον τῆς πιεῦσαι τοῦτο ῥάδιον χαλεπὸν γὰρ καὶ μείζον ἀρετῆς ἢ κατ' ἀνθρωπίνην φύσιν. Ἐξῆς δὲ περὶ τῆς κατὰ νόμον λεγομένης βασιλείας διεξελθὼν, ὅς ἐστι ὑπηρέτης ἢ φύλαξ τῶν νόμων· καὶ τῆτον δὲ βασιλέα καλῶν; ἔδὲ τὸ τοιοῦτον εἶδος οἰόμενος· προσίθησι. Περὶ δὲ τῆς παμβασιλείας καλεσμένης· αὕτη δ' ἐστὶ καθ' ἣν ἀρχὴ πάντων κατὰ τὴν αὐτῆς βέλησιν ὁ βασιλεὺς· δοκεῖ τισιν ἔδὲ [τὸ] κατὰ φύσιν εἶναι τὸ κύριον εἶνα πάντων εἶναι τῶν πολιτῶν· τοῖς γὰρ ὁμοίοις φύσει τὸ αὐτὸ δίκαιον ἀναγκάσει εἶναι. εἶτα μετ' ὀλίγον φησὶν· Ὁ μὲν ἐν τῷ νῦν κελεύων ἀρχεῖν, δοκεῖ κελεύειν ἀρχεῖν τὸ θεὸν ἢ τῆς νόμου· ὁ δὲ ἀνθρώπον κελεύων προσίθησιν καὶ θεῖον. ἢ τε γὰρ ἐπιθυμία τοιοῦτον καὶ ὁ θυμὸς ἰδιασρέφῃ καὶ τῆς ἀρίστου ἀνδρα· διόπερ ἀνευ ὀρέξεως ὁ νῦν νόμος ἐστίν. Ὁρᾶς, ὁ φιλόσοφος εἰσὶν ἐνταῦθα σαφῶς ἀπισθῆντι, καὶ κατεγνωκότες τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως. φησὶ γὰρ ἔτι ῥήματι τῆς λέγων· ἐδεμίαν ἀξιοχρεῶν εἶναι φύσιν ἀνθρωπίνην πρὸς τοσαύτης τύχης ὑπεροχῆν· ἔτε γὰρ τῶν παιδῶν τὸ κοινὸν τοῖς πολιταῖς συμφέρον προτιμᾶν ἀνθρώπων γε ὄντα ῥάδιον ὑπολαμβάνει· καὶ πολλῶν ὁμοίων ἀρχεῖν ἔδὲ δίκαιον εἶναι φησὶ ἢ τέλος ἐπιθεῖς τὸ κολοφῶνα τοῖς ἐμπροσθεν λόγοις, νόμον μὲν εἶναι φησὶ τῷ νῦν χωρὶς ὀρέξεως· ὡς μόνον τὰς πολιτείας ἐπιτρέπειν χρῆναι, ἀνδρῶν δὲ ἔδενι. ὁ γὰρ ἐν αὐτοῖς νῦν, καὶ ὡς ἀγαθοὶ, συμπέπλεκται θυμῷ καὶ ἐπιθυμίᾳ, θεοῖς χαλεπώτατοις. Ταῦτα ἐμοὶ δοκεῖ τοῖς τῆς Πλάτωνος ἀκρως ὁμολογεῖν. πρῶτον μὲν, ὅτι

Idem 3, 16 p. 128 f. cap. xvi.

voss. εἰ αὐτοῦ πασῶν δ' εἶ

voss. καὶ τὴν αὐτὴν τὸν νόμον ἀξίαν κατὰ φύσιν τὸν θεὸν καὶ τὸν νῦν μόνον

voss. δεχόμενα

voss. νοῦς ὁ νόμος μόνος

κρείττονα χρῆ τῶν ἀρχομένων εἶναι ἢ ἀρχοντα, ἔκ ἐπιηδύσεσ' ἄλλοι, ἀλλὰ καὶ φύσεσ' διαφέρουσι· ὅπερ εὐρεῖν ἐν ἀνθρώποις ἔστι ῥαδίον. καὶ τρίτον, ὅτι πάση μηχανῇ κατὰ δυνάμιν νόμοις προσεκλήον, ἔκ ἐκ τῶ παραχρησάμενοι, ἔδδ' ὡς εἴοικεν, νῦν τεθεῖσιν ὑπ' ἀνδρῶν ἔσ' πάντα κατὰ νῦν βεβαιωκότων ἀλλ' ὅσις μᾶλλον ἢ νῦν καθαρθεῖς καὶ τὴν ψυχὴν, ἔκ εἰς τὰ παρῶν ἀφορῶν ἀδικήματα, ἔδδ' εἰς τὰς παρεσώσας τύχας τίθησι τὰς νόμους· ἀλλὰ τὴν τῆς πολιτείας φύσιν καταμαθῶν, καὶ τὸ δίκαιον ὅ ἐστι τῆ φύσεσ', καὶ ποσαπὸν τὰ δίκαια τεθεαμένῳ τῆ φύσεσ', εἴθ' ὅσα δυνατὸν ἐστίν, ἐκείθεν ἐνταῦθα μελαφέρων, καὶ τιθεῖς νόμους τοῖς πολίταις κοινῶς· ἔτε εἰς Φιλίαν, ἔτε εἰς ἔχθραν ἀφορῶν, ἔτε εἰς γείτονα, καὶ ξυγγενῆ. κρείσσον δ', εἰ μὴδὲ τοῖς κατ' ἑαυτὸν ἀνθρώποις, ἀλλὰ τοῖς ὑπερον, ἢ ξένοις γράψας, ἀποπέμποι νόμους, ἔχων γε ἔδδ' ἐλπίζων πρὸς αὐτὰς ἔξεν ἰδιωτικὸν συνάλλαγμα. Ἐπεὶ καὶ τὸ Σόλωνά τ' σοφὸν ἀκῶ μετὰ τῶ Φίλων συμβουλευσάμενον ὑπὲρ τῶν χρεῶν ἀναγέσεως, τοῖς μὲν εὐπορίας ἀφορμὴν, αὐτῶ δὲ ἀσχύλης αἰτίαν παρασχέιν· καὶ ταῦτα τῶ πολίτευματι τὸ δῆμον ἐλευθερώσαντα. Οὕτως ἔστι ῥαδίον ἐστὶ τὰς τοιαύτας ἐκφυγεῖν κήρας, καὶ τὸ αὐτῶ νῦν παρὰσχῆ τις ἀπαθῆ πρὸς τὴν πολιτείαν.

Ἄ δεδιώς ἐγὼ πολλὰ καὶ εἰκότως ἐπαμῶν τὸ ἐμπροσθεν βίον. καὶ σοὶ περὶ θόμενῳ μάλιστα ταῦτα ἐγὼ διανοῶμαι· ἔχ' ὅτι μοι τὸ ζῆλον πρὸς ἐκείνης μόνον ἐφῆς προκείσθαι τὰς ἀνδρας, Σόλωνά, καὶ Λυκῆργον, καὶ Πιπτακόν· ἀλλὰ καὶ ὅτι μετὰ βῆναί με φῆς ἐκ τῆς ὑποσέγῃς φιλοσοφίας, πρὸς τὴν ὑπαίθεριον. Ὡσπερ ἔν εἰ τῶ χαλεπῶς, καὶ μόλις ὑγιείας ἕνεκα

A duntaxat studiis oportere, sed etiam naturæ ipsius conditione, sentiat; quod inter homines reperire difficile est. Tertium item, quod omni ope, proque viribus obtemperandum sit legibus: quæ non subito constitutæ, neque nunc primum conditæ sunt ab iis, quorum vita nequaquam mente ac ratione gubernaretur; sed ab eo latæ, qui purgationi mente animoque præditus, non ad præsentia tantum scelera fortunæque respiciens, illas edidit; verum omni prius administrandæ reipublicæ ratione perspecta, ac jus ipsum, cuiusmodi suapte natura sit, quale item crimen, intuens, & eo quantum potest illinc derivans, communia civibus omnibus decreta sanxit; cum nec ad privatas simultates, neque ad vicinitatis aut cognationis necessitudinem respectum haberet. Et quidem eo meliores decerneret, quod ne iis quidem ipsis quibuscum degit, sed posteris, aut certe peregrinis ea præscriberet, ad eosque mitteret; quibus cum privatum nullum commercium habuerit unquam, neque se postmodum speret habiturum. Nam de Solone illo sapiente sic accepimus, cum de novis tabulis instituendis cum amicis deliberasset, iis quidem opum comparandarum occasionem dedisse, sibi ipsi vero invidiam & infamiam attulisse; quamvis ita rempublicam ordinasset, uti populum in libertatem affereret. Usque adeo pestes illas evitare difficile est, quantumvis aliquis liberum ab omni perturbatione animum ad rempublicam tractandam afferat.

Quæ cum sæpe mihi vereri subeat in mentem, veterem illum vitæ meæ statum merito collaudare soleo, atque hoc tibi præfertim obsequens apud me cogito: non solum quod insignes illos viros mihi ad amulandum propositos esse dixisti, Solonem, Lycurgum, & Pittacum; sed etiam quod me ab umbratili ac domesticis septis inclusa Philosophia, in apertam publiceque propositam transferri putasti. Ut si cuiquam homini, qui se domi, valetudinis tuendæ gratia,

tia, ægre ac mediocriter exerceret, ita denunciaris: Nunc tu ad Olympiam venisti, & a privata ac domestica palæstra, in Jovis stadium prodire cœpisti: in quo spectatores habebis, cum Græcos omnes undique confluentes, ac populares imprimis tuos, pro quibus subeundum est tibi certamen; tum Barbaros nonnullos, quos in stuporem debes adducere, ut, quantum in te situm est, terribiliorem patriam tuam illis efficias. Hæc si tu illi diceris, statim ejus consternares animum, ac vel ante certamen ipsum terrore concuteres. Eodem itaque modo tuis illis me sermonibus affectum putato. Verum tu me istis de rebus, sive in præsentia recte judicem, sive partim ab eo, quod conveniens est, sive penitus aberrem; subinde ipse docebis.

Quæ vero in epistola tua posuisti, de quibus dubitare mihi succurrit, ea tibi, carissime ac cumprimis observande, libet exponere. Volo enim de iis aliquid a te clarius apertiusque cognoscere. Nam cum vitæ genus illud, quod in actione versatur, philosophico anteferre te dixisses; tum ejus sententiæ testem Aristotelem citasti, qui felicitatem in eo quod recte agatur sitam putavit: quin idem quoque politicæ vitæ, ejusque quæ sita est in actione, discrimen considerans, nonnihil, ut ais, ea de re dubitavit. Quippe contemplationem alias anteponebat; ibi vero præclarorum architectos facinorum commendat. Ex eo porro genere Imperatores esse definis ipse. Aristoteles vero nusquam hæc quæ adjungis verba pronunciat: imo contrarium potius ex iis quæ adscribis potest intelligi. Hæc enim: *Inprimis autem agere dicimus, & eorum quæ extrinsecus geruntur auctores appellamus eos, qui id mente animoque velut architecti moliuntur;* in legum latores, ac politicos Philosophos, & omnes adeo, qui mente ac ratione quippiam gerunt, magis quam ad effectores ipsos, ac civilium re-

A τῆς αὐτῆς γυμναζομένου μετρίως οἰκιδε πρῶτες· ὅτι νῦν ἦκει εἰς Ὀλυμπίαν, καὶ μελαβέθηκας ἐκ τῆς ἐν τῷ δωματίῳ παλαίστρας ἐπὶ τὸ σταδίου τῆς Διός· ὃ θεατὰς ἔχεις τὰς τε ἀπανταχόθεν Ἑλληνας, καὶ πρῶτους γε τὰς σαυτῆς πολίτας, ὑπὲρ ὧν ἀγωνίζεσθαι χρεὶ τινὰς δὲ καὶ τῶν Βαρβάρων, ὃς ἐμπλήξαι χρεῶν, φοβερωτέραν αὐτοῖς τὴν πατρίδα, τὸ γε εἰς σὲ νῦν ἦμον ἐπιδείξαντα· κατέβαλες ἂν εὐθέως, καὶ τρέμεν ἐποίησας πρὸς τῆς ἀγωνίας. Οὕτω καὶ νῦν νόμιζε διατεθῆναι τοῖς τοῖστοις λόγοις. καὶ περὶ μὲν τῶν εἴτε ὀρθῶς ἔγνωκα νῦν· εἴτε ἐν μέρει σφάλωμαι τῆς προσήκοντος· εἴτε καὶ παντὸς διαμαρτάνω· διδάξεις αὐτὸς τε καὶ μάλα.

Ἐπὲρ δὲ ὧν ἀπορήσαι μοι πρὸς τὴν ἐπιστολὴν τὴν σὴν παρέστη ὦ, Φίλη κεφαλή καὶ πάσης ἔμοιγε τιμῆς ἀξία, βέλωμαι δηλώσαι, σαφέστερον γάρ πως ὑπὲρ αὐτῶν ἐπιθυμῶ μαθεῖν· ἔφησθ' ἅπαν τ' ἐν τῇ πράξει παρὰ τ' φιλόσοφον ἐπαγνέει βίον. καὶ τ' Ἀριστοτέλη τ' σοφὸν ἐκάλει μάρτυρα, τὴν εὐδαιμονίαν ἐν τῷ πράττειν εὐτιθέμενον· καὶ τὴν διαφορὰν σκοπεῖν τὰ τε πολιτικῆς βίης, καὶ τ' ἐν τῇ θεωρίᾳ ζωῆς, διαπορεῖν ἅπλα περὶ αὐτῶν· καὶ τὴν μὲν θεωρίαν ἐν ἄλλοις προσημαῖν, ἐπαγνέειν δὲ ἐνλαῦθα τὰς τῶν καλῶν πράξεων ἀρχιτέκτονας. τῶν δὲ αὐτῶν μὲν εἶναι φησὶ τὰς βασιλέας· Ἀριστοτέλης δὲ εἴρηκεν εὐδαιμονίαν καὶ τὴν ὑπὸ σὸς προσεδείσαν λέξιν πλέον δὲ θάτερον, ἐξ ὧν παραγέγραφας, ἂν τις νοήσειε. τὸ γὰρ μάλιστα δὲ πράττειν λέγομεν κυρίως, καὶ τὸ ἐξωτερικῶν πράξεων τὰς τ' διανοίας ἀρχιτέκτονας· εἰς τὰς νομοθέτας, καὶ τὰς πολιτικῆς φιλοσόφους, καὶ πάντας ἀπλῶς τὰς νῦν τε καὶ λόγῳ πράττοντας, ἔχι δὲ εἰς τὰς ἀδύργους, καὶ τῶν πολι-

πολιτικῶν πράξεων ἐργάτας εἰρηθεῖν
 νομισέον. οἷς ἐν ἀπόχρῃ μόνον ἐνθυ-
 μηθῆναι, καὶ κατανοῆσαι, καὶ τὸ πρα-
 κτέον τοῖς ἄλλοις φράσαι· προσήκει
 δὲ αὐτοῖς ἕκαστα μετὰ χειρὶ ζεῦσθαι καὶ
 πράττειν, ὧν οἱ νόμοι διαγορεύουσι,
 καὶ πολλὰ οἱ καιροὶ προσαναγκά-
 ζουσι. Πλὴν εἰ μὴ τὸ ἀρχιτέκτονα κα-
 λέμεν, καθάπερ Ὀμηροῦ τὸ Ἡρα-
 κλέα καλεῖν εἰώθειν ἐν τῇ ποιήσει,
μεγάλων ἐπιείσορα ἔργων, αὐτὸς ἐγώ-
 ταλον ἀπάντων γενόμενον. Εἰ δὲ τῶ-
 το ἀληθὲς ὑπολαμβάνομεν, ἢ καὶ
 μόνον τῶν ἐν τῷ πράττειν τὰ κοινὰ
 φάμεν εὐδαίμονας, κυρίως οὐκίας, καὶ
 βασιλεύουσας πολλῶν, τί ποτε περὶ
 Σωκράτους ἔρεθμεν; Πυθαγόραν δὲ
 καὶ Δημόκριτον, καὶ τὸν Κλαζομένιον
 Ἀναξαγόραν ἴσθαι διὰ τὴν θεωρίαν καὶ
 ἄλλο φήσεις εὐδαίμονας· Σωκράτης
 δὲ τὴν θεωρίαν παραλήσασμεν, καὶ
 τὸν πρακτικὸν ἀγαπήσας βίον,
 εἰ δὲ τῆς γαμετῆς ἢ τῆς αὐτῆς κύριος,
 εἰ δὲ τῆ παιδός. ἦπερ γε δυοῖν ἢ τρι-
 ῶν πολλῶν ἐκεῖνω κρατεῖν ὑπῆρχεν.
 ἂρ ἐν οὐκ ἦν ἐκεῖνος πρακτικὸς, ἐπεὶ
 μηδενὸς ἦν ἐκεῖνος κύριος. Ἐγὼ μὲν
 ἐν Ἀλεξάνδρῳ φημι μείζονα τὴν Σω-
 φρονίσκου κατεργάσασθαι τὴν Πλά-
 τῶνος αὐτῷ σοφίαν ἀναλίθει· τὴν Ζενο-
 φῶντος πρακτικὴν τὴν Ἀντιθένης ἀνδρί-
 αν τὴν Ἐρετρικὴν φιλοσοφίαν· τὴν Με-
 γαρικὴν τὴν Κεβητικὴν τὴν Σιμμικὴν τὴν Φαί-
 δωνα· μὲν γὰρ ἄλλως. ἢ ἔπω φημι τὰς
 γενομένας ἡμῖν ἐνθεν ἀποικίας· τὸ
 Λύκειον τὴν Στοῶν τὰς Ἀκαδημίας.
 Τίς νῦν ἐσώθη διὰ τὴν Ἀλεξάνδρου νί-
 κην; τίς πόλις ἀμεινον ὠκλήθη; τίς αὐ-
 τῷ γέγονε βελτίων ἰδιώτης ἀνὴρ; πλῆ-
 σιωπῆρας μὲν γὰρ πολλὰς ἀν' εὐρείας,
 σοφώτερον δὲ εἰδέναι καὶ σωφρονέ-
 σερον εἰδέναι αὐτῶν· εἰ μὴ καὶ μάλ-
 λον ἀλαζόνα καὶ ὑπερόπτην. ὅσοι δὲ
 σώζονται νῦν ἐκ φιλοσοφίας, διὰ τὴν
 Σωκράτη σώζονται. Καὶ τῶν οὐκ ἐγὼ

Odyss. φ.
 v. 26.

rum velut operarios, convenire videtur: qui-
 bus non satis est cogitare, cumque animo
 suo pertractare, & quod agendum est aliis
 eloqui, sed aggredienda per se sunt & obe-
 unda singula, quæ vel leges præscribunt, vel
 tempora ipsa necessario flagitant. Nisi for-
 te architectum ita vocamus, ut Homerus
 Herculem appellare solet *magnorum faci-
 norum scientem*; quem constat operum om-
 nium effectorem inprimis & opificem
 fuisse. Quod si verum nos arbitramur, aut
 illos etiam felices duntaxat putamus, qua-
 tenus publicam rem administrant, tanquam
 multorum dominos, ac principes; de So-
 crate quid tandem dicemus? Nam Pytha-
 goram, ac Democritum, & Clazomenium
 Anaxagoram, propter rerum contempla-
 tionem, cui se dediderant, alia ratione fe-
 lices fortasse judicabis. At Socrates repu-
 diata contemplatione, cum actuosum vitæ
 genus esset amplexus, ne uxori quidem
 suæ, vel filio dominari poterat; nedum duos
 tresve cives continere potuisset. Quocir-
 ca si vera est illa tua ratio, actuosus Socra-
 tes non fuerit, ut qui nullius unquam do-
 minus fuerit. At ego istum ipsum Sophro-
 nisci filium majora quam Alexandrum fe-
 cisse non dubito. Huic enim & Platonis
 sapientiam tribuo, & Xenophontis exerci-
 tus ducendi peritiam, & Antisthenis fortitu-
 dinem, & Eretricam ac Megaricam sectam,
 Ceбетem insuper, & Simmiam, ac Phædo-
 nem, cum innumerabilibus aliis. Nondum
 illas, quæ nobis inde propagatæ sunt, colo-
 nias percenseo: Lyceum, Porticum, & Aca-
 demias. Cuinam hodie salutem Alexandri
 victoria peperit? quæ propter illam melius
 est administrata civitas? quis privatorum se-
 ipso factus est præstantior? Nam ditiores
 qui facti sint, permultos invenies; qui sa-
 pientior, temperantiorve sit aliis vel seipso
 redditus, reperies neminem: imo potius,
 qui insolentior & arrogantior evaserit. At
 quicumque modo salutis compotes sunt,
 eam beneficio Socratis assequuntur. Hoc
 vero

vero non ego solus, sed & Aristoteles ante in animo videtur habuisse, cum ita diceret: non minus ingentes se animos ob theologicum, quod lucubraret, opus, gerere oportere, quam illum qui Persarum opes everterat. Quod is recte mihi cogitasse videtur. Etenim vincere, fortitudinis est atque casus: adde, si lubet, & solertis cujusdam prudentiæ. Veras autem de Deo opiniones suscipere, non perfectæ solum virtutis est; sed ejusmodi, ut dubitari merito possit, vir an Deus ille sit appellandus. Si enim recte illud usurpatum est: unumquodque ita comparatum esse, ut ab iis, quæ sibi cognata sunt, cognitione capiatur; qui divinam naturam cognovit, is haud immerito mens esse censeatur. Sed quoniam rursus ad eam vitam delapsi, quæ est in contemplatione sita, actuosam cum ipsa comparare videmur; cum tu tamen comparationem illam omittendam initio decreveris; illos ipsos, quorum tu mentionem fecisti, commemorabo Philosophos, Arium, Nicolaum, Thrasyllum, & Musonium. Horum enim non modo nullus in patria sua dominatum habuit; sed Arius, ut ferunt, oblatam sibi præfecturam Ægypti suscipere noluit. Thrasyllus vero, qui Tiberii crudelis & immitis tyranni familiaris fuit, nisi monumentis ingenii sui relictis sese ipse purgasset, & quis esset palam fecisset, sempiternam nomini suo labem ignominiamque conscisset; adeo nihil illi civilium rerum tractatio utilitatis attulit. Jam Nicolaus non magnarum ille quidem rerum administratione floruit; & librorum, quibus illas prodidit, scriptione clarior est factus. Musonius porro ex iis, quæ fortiter tulit, cum tyrannicam immanitatem patientia superavit, non illustre modo sibi nomen peperit; sed etiam non minori cum felicitate vixit, quam ii qui maxima imperia procurarunt. Nam Arius, cum Ægypti præfecturam re-

μόνον, Ἀριστοτέλης δὲ πρότερον εἰ-
 κεν ἐννοήσας εἰπεῖν· ὅτι μὴ μείον αὐ-
 τῷ προσήκει Φρονεῖν ἐπὶ τῇ Θεολογι-
 κῇ συγγράφῃ καθελόντῃ τὴν Περ-
 σῶν δυνάμιν. καὶ μοι δοκεῖ τὸ εἰ-
 κέν ὀρθῶς ξυνοῆσαι. Νικᾶν μὲν
 γὰρ ἀνδρείας ἐστὶ μάλις καὶ τῆς
 τύχης· κείτω δὲ, εἰ βέλει, καὶ τῆς
 ἐνδρεχῆς ταύτης Φρονήσεως· ἀληθεὶς
 ὅτι ὑπὲρ θεῶν δόξας ἀναλαβεῖν, ἐκ
 ἀρετῆς μόνον τῆς τελείας ἔργον ἐστίν.
 ἀλλ' ἐπιτήσειεν ἂν τις εἰκότως πότε-
 ρον χεῖρ ἢ τοῖσδε ἀνδραὶ ἢ θεὸν κα-
 λεῖν. εἰ γὰρ ὀρθῶς ἔχει τὸ λεγόμε-
 νον, ὅτι πέφυκεν ἕκαστον ὑπὸ τῶν ὀ-
 κείων γνωρίζεσθαι· τὴν θεῖαν ἐστίαν ὁ
 γνωεῖσας, νῆς τις ἂν εἰκότως νομι-
 ζοῖτο. Ἀλλ' ἐπειδὴ πάλιν εἰκότως
 εἰς τὸν θεωρηματικὸν ὀρμησάντες βίον
 τῆσδε παραβάλλειν ἢ πραγματικόν·
 ἐξ ἀρχῆς παρακλισησάμενος καὶ σε-
 τὴν σύγκρισιν· αὐτῶν ἐκείνων, ὧν ἐ-
 πεμνήθη, Ἀρεῖς, Νικολάος, Θρα-
 σύλλης, καὶ Μισσῶνις μνημονεύσω. *τ. 2796.*
 Τῆσδε γὰρ ἔχει ὅπως τις ἦν κύριος
 τῆς αὐτῆς πόλεως· ἀλλ' ὁ μὲν Ἀρει-
 ος, ὡς Φασί, καὶ διδομένην αὐτῷ
 τὴν Αἴγυπτον ἐπιτροπεύσας παρητή-
 σαρ· Θεόσιλλος δὲ, Τιβερίῳ πι-
 κρῷ καὶ Φύσφι χαλεπῶ τυράννω
 ξυγγενόμενος, εἰ μὴ διὰ τῶν καλα-
 λειφθέντων ὑπ' αὐτοῦ λόγων ἀπε-
 λογίσαιτο, δείξας ὅσους ἦν, ὠφείλειν ἂν
 εἰς τέλος ἀσχυνῆν ἀναπάλλακτον.
 ἔτι αὐτὸν ἐδὲν ὤνησεν ἡ πολιτεία.
 Νικόλαος δὲ πράξεων μὲν ἔχει μεγά-
 λων αὐτεργῶς γέγονε· γνώριμος δὲ
 ἐστὶ μᾶλλον διὰ τῆς ὑπὲρ αὐτῶν λό-
 γης. καὶ Μισσῶνις ἔξ ὧν ἔπαθεν
 ἀνδρείως, καὶ [μὴ] διήνεγκεν ἐγνω-
 τῶς τὴν τῶν τυράννων ἀμότητα, γέ-
 γονε γνώριμος, ἴσως ἐκ ἑλαττοῦ εὐ-
 δαμονῶν ἐκείνων τῶν τὰς μεγάλας
 ἐπιτροπευσάντων βασιλείας. Ἀ-
 ΛΙ ρεῖ

ρεῖ δὲ ὁ τὴν ἐπιτροπὴν τῆς Αἰγύ-
 πτου παραλήσασμεν, ἐκὼν αὐτὸν ἀ-
 πεσέρει τῆς κρατίσεως τέλεος, εἰ τῆς
 ἡμετέρας κυριώτατον. σὺ δὲ αὐτὸς ἡμῶν
 ἀπρακτικὸς εἰ μήτε στρατηγῶν, μήτε δη-
 μηγορῶν, μήτε ἔθνους ἢ πόλεως ἀρ-
 χων· ἀλλ' ἐκὼν αὐτὸν Φαίη] νῆν ἔχων ἀ-
 νήρ. Ἐξέσει γὰρ σοὶ φιλοσόφους ἀ-
 ποφθναῖν, εἰ δὲ μὴ τρεῖς ἢ τέτταρας,
 μείζονα τῆς βίον εὐεργετήσασιν τῶν ἀνθρώ-
 πων πολλῶν ὁμοῦ βασιλέων, ἢ μι-
 κροῦς μερίδου, ὁ φιλόσοφος προέ-
 σηκεν· ἔδδ', καθάπερ ἔφη, συμβε-
 λῆς ἐστὶ μόνῃς τῆς ὑπὲρ τῶν κοινῶν ἐκεί-
 νου κύριου, ἔδδ' ἢ περὶ εἰς λόγον
 αὐτοῦ αὐτῶν περιεσάλα. ἔργω ὅ βε-
 βαιῶν τῶν λόγων, καὶ φαινόμενοι τοι-
 ῆς, ὁποῖος βέλεια τῶν ἄλλων εἶ-
 να, πιθανώτερος ἀνείη, καὶ πρὸς τὸ πρᾶτ-
 τεῖν ἀνυσιμώτερος τῶν ἐξ ἐπιτάγματος
 ἐπὶ τὰς καλὰς πράξεις παρορμώντων.

Hoff.
 συμπερα-
 τέον

Ἄλλ' ἐπανίειον εἰς ἀρχὴν, καὶ συμ-
 περαῖον τὴν ἐπιστολήν, μείζονα ἴσως
 ἔσαν τῆς δευτέρας. ἔστι δὲ ἐν αὐτῇ τὸ
 κεφάλαιον, ὅτι μήτε τὸν πόνον φεύ-
 γῶν· μήτε τὴν ἡδονὴν θηρεύων· μηδὲ
 ἀπραγμοσύνης καὶ ραζώνης ἐρῶν,
 τὸν ἐν τῇ πολιτείᾳ δυσχεραίνω βίον.
 ἀλλ', ὅπερ ἔφη ἐξ ἀρχῆς, ἔδδ' παρ-
 δείαν ἐμαυτῶν συμειδῶς τοσαύτην, ἔτε
 φύσεως ὑπεροχὴν· καὶ προσέτι δε-
 διῶς μὴ φιλοσοφίαν, ἧς ἐρῶν ὅσα ἐ-
 φικόμεν εἰς τῶν νῦν ἀνθρώπων, ἔδδ'
 ἄλλως εὐδοκίμῆσαν διαβάλλω· πά-
 λαί τε ἔγραφον ἐκεῖνα· καὶ νῦν τὰς
 παρ' ὑμῶν ἐπιλήσεις ἀπελυσάμεν
 εἰς δυνάμιν. Διδόη ὅ θεὸς τὴν ἀρί-
 στην τύχην, καὶ φρόνησιν ἀξίαν τῆς
 πάχης· ὡς ἐγὼ νῦν ἐκ τε τῆς κρείττο-
 νος τὸ τε πλεον, καὶ παρ' ὑμῶν ἀ-
 πάση μηχανῇ τῶν φιλοσοφούντων

A cusabat, præstantissimum sibi finem sponte
 detrahebat, si id in omni vita judicabat
 esse præcipuum. Ac vel tute ipse
 nobis otiosus es, qui neque belli dux, ne-
 que orator es, neque nationi ulli aut ci-
 vitati præfides. Atqui nequaquam id sa-
 piente viro dignum esse dixerim. Ete-
 nim si vel plures, vel tres saltem, quatuor-
 ve Philosophos efficeres, majorem posses,
 B quam multi simul Imperatores, vitæ homi-
 num utilitatem consciscere. Non igitur
 exigua quædam Philosopho est attributa
 portio; neque, ut dixisti, consilii publicis in
 rebus gerendis est solius arbiter, neque tota
 denique illius administratio in oratione con-
 sistit. Sed si cum ejus verbis facta ipsa con-
 sentiant, si talem se præstet quales cæteros
 efficere studet; magis erit ad persuadendum
 idoneus & in agendo efficax, quam ii qui
 C solo imperio ad actiones hortantur.

Sed ad ipsum orationis principium rever-
 tor, & epistolæ finem impono, quam & lon-
 gius, quam par erat, fortasse produxi. Hu-
 jus vero caput est: non me, vel detrectandæ
 laboris, vel consecandæ voluptatis, vel
 otii commoditatisque procurandæ gratia,
 vitam hanc publicis tractandis rebus impli-
 catam ferre molestius. Verum quod, ut ini-
 tio dixi, neque tantam in me doctrinam es-
 se vel indolis excellentiam agnoscerem; &
 D præterea vererem, ne Philosophiæ, cujus ego
 captus amore nondum compos esse potui,
 quæque alioquin apud ætatis hujus homines
 in pretio non habetur, offensionem & invidi-
 am pararem; cum illa scripsisse quondam,
 tum in præsentia castigationibus vestris pro-
 viribus occurrisset. Utinam vero secun-
 distimam mihi fortunam, & ea for-
 tuna dignam prudentiam Deus indul-
 geat! Nunc enim mihi videor tum a divino
 cumprimis numine, tum a vobis Philoso-
 phis,

phis, quorum pro dignitate & existimatione meipsum opposui, & in periculum conieci, omni ope sublevandus. Quod si majus aliquod bonum, quam pro apparatu & facultate nostra, cujus mihi sum ipse conscius, per nos Deus in homines intulerit, nihil est quod sermonibus meis succenseas. Nam ego, cum nullius sim mihi boni conscius, nisi hujus unius, quod cum habeam nihil, maxima quaedam habere me non putem, consentaneae, ut ipse cernis, vitam meam instituo: & illud obtestor, ne a me magna & singularia requiratis, sed Deo permittatis omnia. Ita enim, si quid peccatum fuerit, extra culpam ero. Sin ad votum omnia respondeant, gratum me ac moderatum praestabo: ut neque rerum ab aliis gestarum titulum mihi ac decus assumam, & universis, ut æquum est, Deo concessis, cum illi habeam ipse gratiam, tum vos ut mecum habeatis admoneam.

Αβοηθητέον εἶναι μοι δοκῶ, προσεταγμένον ὑμῶν, καὶ προκινδυνεύων. Εἰ δέ τι μείζον ἀγαθὸν τῆς ἡμετέρας παρασκευῆς, ἧς ὑπὲρ ἑμαυτῶ γνῶμης ἔχω, τοῖς ἀνθρώποις δι' ἡμῶν ὁ θεὸς παρέσχοι, χαλεπαίνειν ἔχη πρὸς τὰς ἐμὰς λόγους. Ἐγὼ γὰρ εἰδὲν ἑμαυτῶ στυγερῶς ἀγαθὸν, πλὴν τούτου μόνον, ὅτι μηδὲ οἴομαι τὰ μέγιστα ἔχειν, ἔχων γε εἰδὲν, ὡς ὄρας αὐτὸς, εἰκότως βιώ· καὶ μαρτύρομαι, μὴ μεγάλα παρ' ἡμῶν ἀπαιτεῖν. Βἀλλὰ τῷ θεῷ τὸ πᾶν ἐπιτρέπειν. Οὕτω γὰρ ἐγὼ τῶν τε ἐλλειμμάτων εἶην ἂν ἀνεύθυνον, καὶ γενομένων ἀπάντων δεξιῶν, εὐγνώμων ἂν καὶ μέτριον εἶην, ὅχι ἀλλοτείοις ἑμαυτὸν ἔργοις ἐπιγράφων· τῷ θεῷ δὲ, ὡς περ ἐν δίκαιον, προανατεθεικῶς ἅπαντα, αὐτὸς τε εἴσομαι, καὶ ὑμᾶς προτρέπω τὴν χάριν εἰδέναι.

